



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Studio
Perfectionis Libri Dvo**

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

XXXV. Solis Caritatis virtutumq[ue] infusarum operibus Perfectionem
posse acquiri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51132)

Bonau. ibi.
dist. 41.
1. Cor. 10.

sed ab ultimo desumendam esse; ideoque actum
nullum fore bonum, qui ad Deum tanquam fi-
nem ultimum ab operante non referatur, sal-
tem virtute quadam: ideoque monuisse Apo-
stum, ut omnia, quæcumque facimus, ad gloriam
Dei faciamus. Nolim tamen huic sententiæ pe-
trocinari, & præcepta inducere, ubi nec natura,
nec Deus ipse quidquam indixit, nec etiam præ-
cipit Apostolus, sed hortatur: sufficiens enim
est obiectum honestum, ut actui tribuatur hone-
stas: alioquin opera Gentilium, vel etiam
Christianorum qui hanc praxim ignorant, et
sunt peccata: quod tamen aperte falsum est, &
duobus Pontificibus, Pio 5. & Gregorio deo-
motertio, damnatum. Ipsum denique opus bo-
num, etsi actu in finem ultimum non referatur,
intrinsicè & naturali ratione tendit in Deum
tum quia eius sanctissimæ voluntati consenti-
entum est, utpote omnis honestatis singularis
matoris: tum quia idoneum est ad concilian-
dam eius benevolentiam, atque adeo ad ipsius
siue naturali, siue supernaturali modo promou-
endum.

C A P. XXXV.

*Solis Caritatis virtutumque infusarum opo-
ribus PERFECTIONEM posse
acquiri.*

14. **V**erum esto, non sit opus honestam
ctionē in Deum referri, bona ea sit &
lab

habilis; nihil adhuc consecuti sumus: nam in-
natura terminos haectenus conclusi, PER-
ECTIONEM diuinæ Caritatis quærimus
quam naturæ vires omnes in vnum collectæ
ullo modo possunt attingere. PERFEC-
TIONE Caritatis aspiramus ad illam PER-
ECTIONEM, cui nihil addi potest in cœlis:
proportio naturæ ad ea quæ naturam exce-
dit in immensum, superiorisque sunt or-
dis, probari nulla potest, nec natura gratiam
producere nec augere: quod initio pluribus o-
ndimus: quare ad opera supernaturalia recur-
endum est, quæ proportionem habeant, & vt
eiusdem ordinis effectus producant. Qua
propter omnes actiones humanæ ac naturales,
ales sunt mercari, iurisprudentiam tractare,
philosophiam aliasque scientias & artes ad ille-
& in iis excellere, rem publicam regere, elec-
synas naturali affectu tribuere, (sicut Ethni-
faciunt) loqui hominum linguis & Angelo-
scire prophetias omnes, omnem scientiam
veris nouique Testamenti mysteria
omnia explicare subtilitate ingenij, montes trās-
ire, pro honore adipiscendo, vera virtutis im-
(etsi vani homines virtutem arbitrentur) va-
perpeti, ac ingenibus sese periculis exponere,
uales fuerunt de quibus Marcus Tullius lo-
quitur. *Quæ res, inquit, ad necem Porſenæ Q. Mu- Paradoxo
impulit, sine vlla spe salutis suæ: quæ vis Horatium
clatem contra omnes hostium copias tenuit in ponte
quæ vis patrem Decium, qui filium deuouit ac im-
it in armatas hostium copias? quid continen-*

*Opera na-
turalia ad
augendam
Perfectionē
minus esse
idonea.*

PERFECTIONEM
proportione
habentibus



ria C. Fabricij, quid tenuit as victus M. Curi sequetur? quid duo propugnacula belli Punici C. & P. Scipiones, qui Carthaginensium aduentum corporibus suis intercludendum putauerunt? & statim post: An parum quemquam horum cogitasse quidquam in vita sua sibi expetendum, nisi quod laudabile esse & praclarum videretur? Hæc ille. Hæc, inquam, omnia vana sunt, non virtus: in naturæ limitibus hærent. Deum bonorum remuneratorem attingere non possunt.

1. Cor. 13.

I.

De hisce omnibus, & multo maioribus, Et si desidero corpus meum ita vt ardeam, concludit Paulus, nihil mihi prodest: primum, quia condicio sine te illa subiecti per gratiam dispositi desideratur, & quamuis nec ea desideraretur, tamen illud ploratum est, nullum opus moraliter bonum procedens tantummodo ex natura viribus, & non ex imperio

1. 2. q. 114. a.

2.

1. 2. q. 111. a.

3.

1. p. q. 62. a.

4. ad 2.

1. 2. q. 114. a.

4.

Caritatis, aut alterius virtutis supernaturalis, Caritatem aut gratiam augere posse sic enim D. Thomas pluribus locis docet, nempe opus meritorium motione Spiritus sancti procedere: meritum esse effectum gratiæ cooperantis: Angelos item non mereri beatitudinem conuersione naturali in Deum, conuersione Caritatis quæ fit per gratiam: alios mereri gratiam nostros esse meritorios quatenus à libero arbitrio procedunt, dum per gratiam à Deo mouemur. Hæc Diuus Thomas: cui reliqui Doctores suffragantur: nec ij tantum gratiam requirunt ad huiusmodi opera propter subiecti dispositionem, sed potissimum ob condicionem operis, quod à diuini Spiritus fonte depromi, & Deo auxiliari produci debeat, naturamque excedere quæ

Councilium Tridentinum fevero calculo comprobabat, docens ideo opera inſtorum eſſe meritoria, quæ procedunt ex virtute quam Chriſtus vt caput in membra, & vt vitis in palmites, iugiter inſluit. Adfert etiam illum Ioannis locum: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Operum ſane naturalium Deus nõ debet ſe fontem appellare, ſed hoc naturæ relinquit: ex natura igitur non ſaliunt opera in vitam æternam.

Deinde palmæ non poteſt ferre fructum à ſemetipſo: opus igitur quod homo facit à ſemetipſo, non eſt meritorium nouæ gratiæ, & gradus alicuius ſublimioris Caritatis: tale namque opus non eſt vlllo modo accommodatum fini ſupernaturali, cum ſit mere naturale: nec ex promiſſione Dei ad hoc valet, imo Dominus expreſſe denuntiat Dilectionem naturalem, beneficentiam in amicos, ſalutationem fratrum non habere mercedem, niſi forte eam quæ in affectibus hominum eſt, fugacem & vmbra- talem.

Denique non eſt vlllo modo conſentaneum optimo ordini diuinæ prouidentię, vt, cum finis noſter ipſaque PERFECTIO ſit adeo ſublimis, ac ſupernaturale bonum, nimirum perfecti Dei amicitia, quæ in Dei poſſeſſione conſummabitur, pro illius aſſecutione Deus accipiat ea opera quæ infirma ſunt, neque ſua natura tendunt ad illum finem, nec ab operante in gratia exiſtente referuntur: nõ enim ſufficit ſubſtantum eſſe dignum, ſed etiã in iſtis medijs ſeu

PERFECTIO

1. port. 9
2. 15.

operibus requiritur quædam proportio medio-
rum ad finem assequendum necessariorum.

15. Nihil ergo adhuc obtinuimus, nulla nobis
instrumenta PERFECTIONIS acquirenda
adinuenimus. Quid si opera honesta sint, &
quidem ex natura sua supernaturalia, referantur
tamen ad finem non honestum? *Profeclo nihil agi-
mus, si scopus ille actionis finis sit*: est enim finis
in humanis actibus actionis forma ac veluti ani-
ma, quæ aliud conferre non potest, quam quo
prædita est. Anima bruti facit brutum: ho-
minis: hominem: arboris, arborem. Quare,
vestias pauperem, si doceas ignorantem,
adferas munus ad altare, si te Deo deuoteas
vel explendæ libidinis causa, vel fratris inter-
ciendi: tantum abest vt de eis bene merearis,
etiam libidinosus & homicida sis habens
vim enim illam habet finis, vt totam malitiam
actui tribuat, etsi externus sit actui; quia volun-
tas deprauata illum tamquam scopum cum ipso
actu copulat, & à voluntatis prauitate finis
malitia actus ipse inficitur; quod non fiet
tantum circumstantia comes actui iungeretur,
vt cum laudabiliter agentibus *re uo do Elias* cir-
cumspectio sese adiungit, & aliquid aculei in animo relin-
quit.

16. Verum sit bona actio, sit supernaturalis,
ab homine iusto procedat: censent nonnulli
quis operetur intuitu mercedis æternæ, non mo-
do non mereri, sed etiam perperam operari. Sed
hæc reprobantur ab Ecclesia tamquam errores
vt his verbis Concilium Tridentinum confu-
tant.

*Sess. 6. can.
21. & 6. 11.*

Constat (inquit) eos Orthodoxæ Religionis do-
ctrina aduersari, qui statuunt in omnibus operibus iu-
stus peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitant
& sese ad currendum in stadio exhortando, cum hoc
in primis glorificetur Deus mercedem quoque intue-
tur aeternam.

Sunt & Catholici nonnulli, qui de his, qui
peccata aeternæ retributionis operantur, ita loquuntur,
ut peccati damnare videantur; sic deprimunt
illud operationis genus, ut imperfectionem vo-
cant indignum nempe esse aliter operari, aliter
ad agendum moueri, quam Dei honore & cau-
sa. Interea indocti, qui hæc non capiunt, deter-
rentur à salutaris consideratione aeternæ patriæ,
eiusque acquirendæ gratia torporem ac socor-
diam desinunt excutere; moti religione quod
vel peccent, vel imperfectionem omittant: cum
tamen literæ sacræ ad huiusmodi præsidia, &
spei ancoram, ad remunerationis considera-
tionem neminem non inuitent. Ita Dignus
Ioannes Baptista cœpit prædicationem suam:
Penitentiam agite, appropinquauit enim regnum celo-
rum. Imo Christus homines PERFECTIO-
nis studiosos sic allicit, sic sperare iubet: Bea-
ti pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœ-
lorum. Item alibi: Facite vobis amicos de mammona in-
iquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in aeterna ta-
bernacula. Simile est Apostoli præceptum: De-
bet in spe, qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus
percipiendi.

Non desunt & sanctorum exempla, ac in pri-
mis Dauidis sanctissimi Regis dicentis? Inclinaui

Operari
propter a-
ternam re-
tributionem
viciosum
non esse, nec
debere dici
imperfectio-
nem.

Probatur
Scripturis.

I.

Matth. 3.

Matth. 5.

Luc. 16.

1. Cor. 9.

- Psal. 118.* cor meum ad faciendas iustificationes tuas in aeternum propter retributionem. Septuaginta verterunt, propter retributionem. Hieronymus, propter aeternam mercedem. Aliud exemplum est Moysis, qui gratia factus, negavit se esse filium filiae Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis potestatis habere incunditatem: maiores diuitias aestimans thesauro Aegyptiorum, improprium Christi. aspicere enim in remunerationem. Denique & Diui Pauli verba sunt: Ad destinatum persequor, ad brauium supernae vocationis Dei in Christo Iesu. Exhortationes eiusdem Apostoli extant plurimae. Currite, ait, vt comprehendatis. item: Bonum amant facientes non deficiamus, tempore enim suo mercedem.
- Gal. 6.* Denique: Quodcumque facitis, ex animo operamini sicut Domino, & non hominibus: sicut enim Domino accipietis retributionem hereditatis. His accedit Cyprianus: qui, vbi docuit quae praerant martyres in caelo maneat, subiungit: Haec cogitationes quae persecutio potest vincere: quae possunt tormenta superare? & post aliqua interiecta: Haec operetur mente & cogitatione completi, haec die ac nocte meditari. Si talem persecutio inuenerit Dei militem non poterit virtus ad praelium prompta. Haec ille.
- Expedi* 17. Expedi profecto de poenis inferni, de aeterna gloria, de horreni diei iudicij sententia meditationes instituere, & quidem frequentes atque nunc mercedis expectatione, nunc poenarum horrore veterum excutere. Monendi sunt etiam tirones, vt hisce virtutibus vtantur tamquam notioribus, & quae morbis eorum conuenienter.
- subinde operari ex virtute spei & quo ordine*

uentiores sint. Agitantur nonnulli subinde
 in Deum & sanctos, iræ perturbationib graui-
 simis: hi, inquam, nullam in Deum propensam
 acti voluntatem, nondum norunt vt patrem
 sed vt iudicem & peccatorum vindicem refor-
 midant: serui sunt, ideo timent, suauemque in
 benignissimum patrem affectum nondum sūt
 aperti; ideoque difficillimum eis foret, filiorū
 altari ipsum diligere, & sua omnia eo referre. Il-
 lis sponte se subiiciunt, quia Dominus est, quia
 serui sunt, & pœnam pro meriti, quod vbi faciūt
 (& vt faciant suadendum est in initio) mox iuuant
 elerunt, vt assurgant sensim ad patris amantissi-
 mi perpendenda beneficia ac prolixam beni-
 gnitatem: postmodum, vbi in vita spiritu ali iam
 prouectoribus plus luminis accesserit, plus be-
 nevolentia & amoris: spem omnem mercedis
 euuant, seruiant expensis propriis libe: ali Domi-
 no qui nullum officium sibi præstitum præmio
 indonatum abire permittit.

Spei virtus non est imperfectio, sed virtus
 Theologica in suo gradu perfecta: spes enim non
 infundit, & spe salui facti sumus. virtus humilitatis
 non est imperfectio, sed magna PERFECTIO
 tum in ea Christus omnem iusticiam reponat:
 prudentia, fortitudo, iustitia, religionis cultus,
 parentum amor & obseruantia, non sunt im-
 perfectiones, etsi Caritas sit perfectior: sed ma-
 gnæ PERFECTIONES etiam si in proprio
 genere eliciantur. Scriptura sacra de singulis vir-
 tutibus loquens, eas ad cœlum laudib. extollit,

II 4 nunc

*Spei opera
 non esse im-
 perfectio-
 nes.*

Rom. 5.

Rom. 8.

Matth. 2.

nunc fidem, nunc spem, nunc temperantiam
 nunc poenitentiam, nunc timorem, quasi tota
 PERFECTIO in singulis resideret: quocirca
 nobis imitandum venit, praesertim eorum ple-
 risque mulieribus, plebeiis, & tironibus, qui de
 summarum virtutum differentiis parum intel-
 ligunt, cum maxime constet sacrae paginae & san-
 ctorum Patrum testimoniis, eas virtutes etiam
 PERFECTIIONIS studiosis esse usurpan-
 das, tamquam necessarias ad socordiam excutan-
 dam, ut loquitur Concilium Tridentinum, &
 exhortandum sese ad currendum in virtutum
 stadio. Quare non est indignum Christiano ho-
 mine, spei, timoris, humilitatis, pietatis, aliarum
 que virtutum actibus sese exercere, quandoquod
 dem & sancti Patres nobis exemplum praebent
 & hortationes Apostolorum, & ratio ipsa suffi-
 getur.

*Opera su-
 supernatu-
 ralia.*

*etiamsi à
 Caritate
 non elician-
 tur, meren-
 tur augmē-
 tum gratia
 Gen. 15. &
 Rom. 4.
 Num. 25.
 Gen. 39.
 Heb. 10.*

18. Quid ergo tantum concludemus de opo-
 ribus, verisque PERFECTIIONIS insti-
 tutionibus? Addam, nonnullos, & quidem illustres
 Doctores, censere, nullum opus meritorium vici-
 terna aut augmenti gratiae esse, quod à Caritate
 procedat, siue actu, siue virtute. quod tamen
 de mirum est, cum Scriptura aliis virtutibus
 gulate PERFECTIIONIS augmentum tribu-
 erit. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi
 iustitiam: ergo fides iustitiam auxit.* Phinees, qui
 zelo iustitiae Madianitidem cum scortatore com-
 fodit, nihil meruit? nihil Ioseph, qui do-
 mini sui uxori salaci restitit? nihil Iudael, qui
 Paulus scribit: *Vinctis compassus es, & rapinam*

horum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscen-
te vos habere meliorem & manentem substantiam:
nisi itaque amittere confidentiam vestram, qua ma-
gnam habet remunerationem. Beatos etiam Chri-
stus dicit Apostolos, cum homines oderint &
persecuti fuerint eos. Gaudete, inquit, & exultate
quia merces vestra copiosa est in caelis: debet enim
obstantia ac tolerantia merces viatoribus dari,
ut gloria beatorum, gratia quam e via defe-
rimus, ad amissum responderet. Denique Chri-
stus promittit mandata seruantibus vitam eter-
nam, etiam si in toto decalogo non fiat vlla me-
ntio precepti Caritatis: vita enim aeterna, est
merces quae respondet obseruantia mandato-
rum Dei. Non ergo tantum opera Caritatis
praemium accipient, sed aliarum virtutum et-
iam aliquid assequentur. At de his infra latius.

Matth. 5.

Matt. 19.

Illud postremo non praetermittendum,
nonnullos arbitrari gratiam non augeri, ne qui-
dem actibus Caritatis, si actus habitibus sint re-
missiores: hominem quidem tali casu per opus
illud acceptari ad maiorem gloriam, sed exter-
no quodam modo, non interna dignitate & pro-
portione: denique solum censeri maiori dignu
gloria propter opus quod manet in acceptatio-
ne diuina, non autem ob internam gratiam am-
pliore: quemadmodum apud Principes quis
magis censetur maiori minoriue dignior com-
pensatione, quo plura obsequia suo Principi
praestiterit. Verum opinio haec, quod nimium
decedat ad iustitiam haeticorum imputatiuam
quae caret interna dispositione, ex qua ius ad

Melchior.
Canus Re-
lect. de Prae-
nit. p. 1. sub
finem.

Opera au-
gmentum
mereri, et si
actus super
naturales
habitus no
superent.

Simile.

RECITATION
1. portio
2. 1. 1.



hereditatem ac compensationem æternam oritur, reicienda est.

*D. Th. 2. 2.
q. 24. a. 6.*

Quapropter alij hanc difficultatem aliter exponunt: volunt enim, quando actus non sunt feruentiores habitibus, nos gratiam quidem mereri aliquam, eandem tamen non statim dari, sed suo tempore, quando nempe quis fuerit dispositus sufficienter: quod accidit ubi illi actum intensiorem eliciuerit. Verum longe verius est, augmentum istud illico conferri, et si actus remissior sit habitu: nec veretur Andreas Vega dicere errorem esse, si quis affirmet hominem in hac vita acceptari ad aliquam gratiam gloriæ absque gratia gratum faciente, aut gratiam cœlestem excedere gratiam viæ.

*Locis diversis, ut
in Conc.
Trid. li. 15.
ca. 16.*

Ratio 1.

Et sane quid impedit, quo minus homo debilitate agens gratiam recipiat, etiam si actus habitus non exæquent? Non impedit Dominus Deus, utpote qui liberalissimus est: non iam homo, quia capax illius est: non status habitus viæ, in qua meremur gratiam & eius augmentum: non tempus, nam aptius assignari non potest.

2.

Multi profecto forte tota vita vix eliciunt actum intensiorem habitu: id enim factum difficillimum est, & vix sine auxilio speciali fieri potest. Quid ergo? Illis numquid gratia fiet accessiva nihil merebuntur? Sane hoc gratis dici videtur.

Matth. 10.

quandoquidem nihil patitur Deus in sui gratiam fieri sine spe summæ compensationis: quicumque potum dederit calicem aqua frigida, perdat mercedem suam.

Per quemuis deinde actum meritorium fit
 illo quispiam Deo carior, & acceptior ad ma-
 iorem gloriam percipiendam in cœlis: sequitur
 ergo maiorem gratiam extemplo concedi: nam
 effectus formalis gratiæ is est, acceptum esse ad
 maiorem gloriam.

Gratis vero dicitur tunc dari gratiæ augmē-
 tum, quando quis tot actus remissos fecerit, vt
 intensiori æquiualeant: nam si contingeret
 impiam mori ante vltimum illum actum in-
 tensiorem, vel gloriæ quantitas præponderaret
 gratiæ habituali, vel opus meritorium sua mer-
 cede careret.

Denique gloria beatorum, hereditas filiorū
 est, vt ex sacris paginis constat: sumus vero per
 gratiam filij Dei: vbi igitur cuiuspiam maior de-
 betur gloria, maior quoq; gratia debet præce-
 dere, per quam inter Dei filios magis emineat.

Hactenus suspensus mansit animus: vi-
 deamus tandem aliquando quibus operib. vir-
 tutem augere, promouere Caritatem, P E R F E-
 C T I O N E M acquirere possimus: tantum laboris

est, vt in hoc mundo aliquid bene recteq; con-
 ciuiamus. Hellogabalus Romanus Imperator,
 in luxu & voluptate captanda portentofus, so-
 lebat subinde conuiuium ex vno genere rerum
 concinnare, sed miro artificio & expensis: vt ex
 solis phasianis, interdum ex pomis, aut rebus

melle conditis, quæ gulam irritarent. Id in
 corporallibus cibis magnis impensis fieri so-
 let, in spiritualibus vero Deo facillimum
 est. Manna misit de cœlo, quod omnis saporis
 conti-

3

4

5

RECIPIT

1. portio
 2. 1/2
 3. 1/3

Sup. 14.

Joan. 6.

continebat suauitatem. Hæc Iudæis in figurâ contingebant: veritatis nobis explicatæ formam non deest: nam sacra Eucharistia Manna est, & panis qui de cælo descendit, omnis suauitatis copiam prolixè continens, quem velatum quidem sacris speciebus gustamus, sed in cælo, subto velo, æternæ maiestatis mensæ affidentes, omni deliciarum copia cumulatam percipimus. Id præstat etiam viatoribus Caritas, qua animæ nostræ viuunt, & eadem tamquam dapibus pretiosis aluntur. In vita quidem corporali aliud cibus, aliud vita: in spirituali vero idem omnino potest esse & vita & cibus. Vita Caritas est, & ipsa ex seipsa alitur, nec cibum alendæ uendæ, augendæque vitæ, hoc est, suis fructibus bet præstantiorem. Ex hac vna, infinita generum ferculorum fieri possunt: quia saporum omnium suauitatem ac delicias continet. Hæc scilicet oportet, si vitam spiritualementem augere persequereque cupiamus, nec id quidem cum nauitate tædio: nam diuersis condimentis aspersa, fatidicum non generabit. Accipe eius fercula.

Officia seu
fercula Caritatis
delectationem.

1.

Amor in
amato cum
delectatione
conquiescens.

2.

Primum est actus quo anima quam in caritate sime conglutinatur Deo tamquam amico, hac mutua voluntatum colligatione tota conqui- quiescens: & quia præsens non est amicus, magno desiderio æstuat illum videndi, tenentem perfecte possidendi: delectatur etiam eius memoria, illumque vt præsentem apprehendens lætitia gestit ac perfunditur.

Alterum ferculum est, quo esuriens anima

De PERFECTIÖNIBVS tamquam diuersis In Dei Perfectionibus pascitur: nunc vnitatem considerat: *fectionib.*
 nunc Trinitatis incomprehensibile mysterium *considerat*
 bonitatem, iustitiam, ac potentiam, alias *ais spiritua*
 sapientiam in condendis ac conseruandis rebus *liter refici.*
 admiratur, gloriam ac diuitias, fortitudinem,
 potentiam, ac misericordiam veneratur, ma-
 gitudinem suspicit, immensitatem adorat:
 etque totum sese diffundit, dum singulas
 PERFECTIÖNES infinitas percipit, ratur
 nec deesse ex hac parte cibum, sed appetitum
 & capacitatem in se desiderari.

Tertium est, quo pascitur & varietate rerum *3.*
 creaturarum, in quibus Deum opificem intuetur: *Delectari*
 quod genus refectionis est quoque excellen- *in rebus ab*
 tissimum, præsertim in hominum Dilectione: *amico con-*
 quibus tam varia sunt Amoris argumenta, vt *ditis.*
 sola consideratio sufficiat nobis ad delicias
 incomparabiles hauriendas: ob quas Dauid câ- *Psal. 91.*
 uat: *Delectasti me Domine, in factura tua: & in o-*
ribus manuum tuarum exultabo.

Quartum Caritatis ferculum seu officium *4.*
 bene velle amico: desiderare vt omnes crea- *Amico be-*
 tæ illum agnoscant, ament, ac venerentur, *ne velle, ac*
 caritatis bonitatis eius certatim quærant, sicut *precari o-*
 illa diuitiarum ymbra homines delusi opes & *ptima qua-*
 honores perquirunt: optent guttas omnes are- *que.*
 queque maris, arborum folia omnia ac planta-
 rum, terram in puluerem comminutam, orbem
 in uersum in linguas Angelicas commutari, qui
 supra illa Maiestas debitis laudibus ex- *Apoc. 4.*
 cellatur: & sicut beati in cælo, ac viginti quatuor
 se-

seniores, quatuor animalia, Angelorum chori
Reges sese coronasque suas deponunt, & in-
finiter clamant, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, sic ro-
tus orbis creatorem suum agnoscat, laudet, &
deprædicet. Hoc ferculi genere incredibiliter
alitur ac crescit Caritas.

5.
*Desideriū
inulti a per-
petiendi pro
Christo.*

Adde quintum, quod cum incommodo lin-
gulari fit illius qui id ipsum amico desiderat
nempe ut & ipse multa perpetiatur amici carnis
corpus in minutissimas partes secari copiat, &
discerpi; & si opus esset ad diuinam gloriam pro-
mouendam, non tantum carnem in puluerem
redigi, sed & animam in nihilum; dicatque quod
D. Augustino tribuitur: *Si ego essem Deus, Deus
vero esset Augustinus: efficerem ut ego essem Augu-
stinus, & ipse esset Deus.* Efficax est hic cibus
incredibiles virtutum & gratiæ facit accessus
nes.

6.
*Zelus ani-
marum.
Rom. 9.
Exod. 32.*

Vim quoque magnam habet adiunctam
sic proximum diligas, ut tibi in nullo par-
quo illum Deo amico adiugas, aut promouas
exemplo D. Pauli, qui anathema à Christo
voluit pro fratribus suis: & Moysis, qui ut Deus
populo parceret, optauit de libro vitæ deleri.

7.
*Martyrij
vel morti-
ficationis
studium.*

His accedit longum martyrium, quod
tibi accersas, si à tyranno sustineri non poterit
variaque patiaris magno desiderio proficiat
per mortificationem, contumelias, persecutio-
nes, flagellationes, & his similia morte vix
grauiora: idque lubenter pro Christi nomine
Ex his euidenter liquet, ut animæ seipis viciis
dicuntur, augerique ac crescere iudicio augerentur

gentia, & in dies semper maiores euadere, sic
& Caritatem Caritatis esse cibum & alimentū.

quod & Christus testatur, dicens: *Meus cibus est,* Ioan. 4.
faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiam Ioan. 15.
opus eius, nempe redemptionis: opus magnæ sa-
ne virtutis: maiorem enim hac Dilectionem nemo ha-
bet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

8.

Huc pertinent omnia virtutum infusarū
opera supernaturalia à Caritate relata ad hono-
rem Dei: quorum vis duplex est, & honestas:
altera quæ eis à natura competit: alteram digni-
tatem ac venustatem eis Caritas ipsa argitur:

*Omnia
virtutum
opera in fi-
nem Cari-
tatis relata*
1. Cor. 13.

quod dum fit, crescit vtraque virtus, & ea quæ
imperat, & ea quæ alterius imperio procedit:
hinc Caritas dicitur *patiens, benigna, non emulari,*
non agere perperam, non inflari, non esse ambitiosa:

Eccle. 24.

in ultimo di enim colligatio virtutum, condimē-
tum inulitæ raræq; delectationis est. hinc Sa-
pientia dicitur *mater pulchra dilectionis, & timo-*
ris, & agnitionis, & sanctæ spei: quæ omnia mixta
inquam lapidam escam Sapientia mater ori-
ficientium admouet ac porrigit. Quod de
his dixi, reliquis quoque virtutum generibus
competit. *Fortis est vt mors dilectio, misericors,*
casta, temperans, vestit nudos, cibum potumq;
facit esurientibus & sitientibus, visitat infirmos,
docet ignorantes, peccantes redarguit: quæ om-

Cant. 8.

nia arma sunt ac clypei Caritatis, de quibus in

Cant. 4.

Canticis: *Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura*

fortium. His cum omnes aduersarios oppugnet, Matth. 25.
et adit ipsa inexpugnabilis, & victoriæ canti-
cum in die iudicii ipse Deus accinet: *Venite bene-*

dicti

dicti Patris mei, possidete, paratum vobis regnum: et
 riui enim, & dedistis mihi manducare, &c.

9. 22. Caritatis opera sese ulterius extendunt:
Opera vir- nam omne opus moralis virtutis acquisite, si ex
tutum mo- imperio Caritatis procedat, aut ad Dei gloriam,
ralium ac- utque ei placeamus, fiat, auget Caritatem & gra-
quisitarii. tiam, cuius & in cœlo ratio habebitur. hoc enim
Sess. 6. c. 16. Concilium Tridentinum stabilit, dicens: Hæc
 igitur ratione iustificatis hominibus, siue acceptam
 gratiam perpetuo conseruauerint, siue amissam recu-
 perauerint, proponenda sunt Apostoli verba: Abunda-
 te in omni opere bono, scientes quod labor vester non est
 inanis in Domino. Non enim iniustus est Deus, ut ab-
 uiscatur operis vestri, & Dilectionis quam ostendit
 nomine ipsius, & Nolite amittere confidentiam vestram,
 quæ magnam habet remunerationem. denique sub
 fine: Bonis operibus in sacris litteris vsque ad
 1. Cor. 15. binitur, ut etiam qui vni ex minimis suis potum aquæ
 Heb. 10. frigida dederit, promittat Christus cum non esse
 Matth. 10. mercede cariturum: & Apostolus testetur, id quod
 2. Cor. 4. præsentis est momentaneum & leue tribulationis nos
 supra modum in sublimitate æternæ gloriæ
 operari in nobis. Hæc ibi. Quæ quidem omnia
 Concilium non limitat ad certas actiones vir-
 tutum infusarum, sed omnibus bonorum ope-
 rum generibus attribuit: qualia etiam sunt ope-
 ra moralia virtutum quæ à fonte Caritatis pro-
 fluunt & imperantur.
10. 23. Vltimum Caritatis ferculum est in ope-
Opera mô- bus moraliter bonis, quæ procedunt ex Dile-
raliter bo- ctione super omnia, aut etiam ex qualis affe-
na. ctione supernaturali erga Deum pertinente ad
 Caritatem

Caritatem, religionem, aliamque virtutem Christianam. Id confirmare videtur Concilium Tridentinum loco iam allato, cum ait: *Cum e-* ^{Sess. 6. c. 16}
nam ille ipse Christus Iesus tamquam caput in membra,
& tamquam vitis in palmites, in ipsos iustificatos
ingit virtutem insuat, quæ virtus bona eorum o-
perum semper antecedit & comitatur & subsequitur,
et sine qua nullo pacto Deo grata & meritoria esse pos-
sumt: nihil ipsis iustificatis amplius deesse credendum
est, quo minus plene illis quidem operibus, quæ in Deo
facta, diuinæ legi pro huius vitæ statu satisfacisse,
et vitam æternam suo etiam tempore, si tamen in
gratia decesserint, consequendam, vere promeruisse
comentur, cum Christus Saluator noster dicat: Si
quis biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æ-
ternum. ^{Ioan. 4.} Hæc Concilium. Illa namque ope-
 aquæ ex habitu aliquo infuso procedunt, ex
 depromuntur, vnde idonea sunt vt tam-
 delicati cibi in Caritatis epulo reponan-
 sunt namque fructus gratiæ, & tendunt in
 finem supernaturalem ex relatione operantis:
 nutriunt ergo nutriunt: & matrem, quæ illa ge-
 nit, ornant, augent, & perficiunt.
 Sed non sola Caritas sese cohonestat & ^{Cic. li. 2. de}
 multiplicat: præsto sint oportet virtutes, vt an- ^{finibus.}
 illæ, quæ nihil aliud agant, nullum officium
 præstent, nisi vt Caritati ministrent, officii sui mo-
 neant, & ad aurem admoneant vt caueat ne
 quid perficiat imprudens quod offendat diui-
 næ Maiestatis oculos, ne hominum animos læ-
 dat, aut quidquam ex quo dolor oriatur. Operan-
 tur ergo virtutes infusæ salubriter, & omnia of-
 ficia

ficia propria exerunt; quæ etsi ad finem Caritatis non referantur, illa nihilominus vitam spiritua- lem augent, reficiunt, ac Caritatem perficiunt.

Sess. 6. c. 10.

Tametsi vero ea quæ de Caritate & bonis o- peribus attulimus ex Concilio Tridentino, ad- ficere merito debent ad veritatis huius con- firmationem; ne cui tamen dubium remaneat quoniam pacto meritum omne Caritati, equè soli, tribuat, adferam quæ eadem Sessione in ca-

Sess. 6. can.

32.

nonibus sub anathemate idem Concilium ces- sivit. *Si quis dixerit hominis iustificati bona opera esse dona Dei, ut non sint etiam bona ipsius iustificati merita: aut ipsum iustificatum bonis operibus, quæ ab ipso per Dei gratiam & Iesu Christi meritum, cuius mem- brum est, fiunt, non vere mereri augmentum gloriæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ, si tamen gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum anathema sit. item: Si quis dixerit iustificationem non conservari, atque etiam non augeri, nisi per bona opera, sed opera ipsa fructus salutis modo & signa esse iustificationis adeptæ, non autem ipsius augendæ causam, anathema sit.* In quibus

Ibid. can.

24.

hil agit de fine Caritatis, sicut nec Apostolus ait, *Gloria & honor omni operanti bonum: & Christus ait, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Hæc enim procedunt ex motione Spiritus sancti, atque ea deo proportionata sunt fini suo; finem ergo illud attingunt ac merentur: nõ enim possunt finem commodius assequi, quam per media naturaliter commensurata.

Rom. 2.

Matth. 19.

Quod autem vni Caritati tota ratio, meriti

Vnde, nihil vrget nam & pauperibus, miseris, miserabilibus, miserabilibus, lugentibus vita aeterna promittitur: salus item subinde fidei, spei, patientiae, aliisque virtutibus adscribitur, Caritati vero tantum, quod meriti sit fundamentum, quodque vinculum amicitiae inter Deum & nos perducit, meritumque nostrum vnice ipsi innitatur. Haec cetera sine Caritate nihil prodesse dicuntur, nam vero dicitur fides per caritatem operata accipiendum non est, quasi à Caritate eboratur fides aut à sola Caritate imperetur, sed operari per virtutes Caritati connexas: vnde etiam ipsa mandatorum observatio in Scriptura selectio dicitur. *Qui, ait Christus, habet mandata mea & seruat ea ille est qui diligit me.* & tamen singula praecipua aliarum virtutum opera sunt, non tantum: sed eidem annexa sunt, & Caritatem adiuvant.

Inter opera vero efficacissima censenda sunt ea quae à Patribus nobis relicta sunt, tamquam PERFECTIONIS instrumenta, nempe continentiae, Paupertatis, Continentiae, Obedientiae: his enim virtutibus circumcitur homo omni ex parte, & saeculo moritur accingitur: valedicit diuitiis, quae maximo impedimento sunt quarendae PERFECTIONI: continentibus, corporique proprio, ac suo amori ordinato renuntiat: quin & animam proculcum principibus facultatibus, intellectu voluntate, penitus abnegat: quod est vno ictu mundum demerere. Deinde, vt quis per Deum diligat, debet etiam se totum

Kk 2

Deo

Cui Caritati tota ratio meriti à Scriptura tribui videatur.

Gal. 5.

Ioan. 14.

Consiliorum opera ad Perfectionem assequendam maxime idonea.

PERFECTIONIS
instrumenta
continentiae
paupertatis
obedientiae

Deo tradere, & omnia impedimenta removere. Vtrumque consequitur per has virtutes tradimus enim Deo nos totos, quando & animam ei consecramus, & corpus, & res externas: nihil enim tribus hisce bonorum generibus, animi, corporis, & fortunæ, annumerari potest. Animum per Obedientiam, corpus per Continentiam, res externas per Paupertatis professionem à nobis ablegamus, Deoque tradimus donatione irreuocabili. Sed de his lupri copiosius.

Vsus Sacra 26. His operibus accedit *metorum.* vsus frequentiorum Sacramentorum: sunt namque Sacramenta gratiæ, & dispositis incredibilem diuinorum charismatum copiam largiuntur vi sua, & (ut Doctores loquuntur) *D.Th. 3.p.* ex opere operato, & Christi institutione. *9.62. ar. 1.* Quod si dispositio excellens fuerit, duplex in iis recipiendis fructus respondet: alter dispositioni, alter portioni quæ diuina ordinatione à Sacramento profluit.

Duo vero Sacramenta sunt quæ huic institutioni apprime seruiunt, Pœnitentiæ & Eucharistiæ, quorum vsus multarum virtutum requirit exercitium, nempe fidei, spei, doloris, ac peccatorum detestationis: adde orationis, sacrosancti, gratiarum actionis, Amoris denique & familiaris conuersationis cum Deo, tum in sacramenta sancta, tum post perceptionem diuinorum Mysteriorum, quibus Deum possidemus & fruimur: ex quo suauissima quædam necessitas & intimæ amicitiae fructus eximius emittitur. His omnibus iungendum est propositi

mehoris vitæ, remedia vitiorum, media conce-
pta ad virtutes acquirendas & augendas, Deo
denique per omnia sese consecrandi studium,
passiones domandi, appetitusque inordinatos
reprimendi. Hæc enim duo, quæ nullo modo
seungi debent, seseque comitari necesse est, Sa-
cramentorum nempe præsidium, & mortifica-
tionis ardens desiderium ac conatus, efficient,
ille ipse qui *comparatus est olim iumentis insi-*
peribus, & similis factus est illis, hominis formam *Psal. 48.*
deusque resumat, & ex homine deinde in An-
gelam commutetur.

C A P. XXXVI.

*Singulis bonis operibus in hoc mundo, &
quidem illico, reddi à Deo suam
mercedem.*

Nihil audit lubentius operarius labore *Mercedis*
fatigatus, quam dominum quæstori *spes semper*
licentem, *Voca operarios, & redde illis mercedem:* *grata, etiã*
nihil miles optat avidius, nihil agit ardentius, *is qui gra-*
tam vt in spolia, etsi non sine euidenti vitæ pe- *tis seruiūt.*
iculo, impetum faciat: nulla denique dies quæ- *Matt. 20.*
renti thesaurum absconditum latior affulget
illa, qua thesauri illius inuentio obtingit, vt an-
helantem animam satiet. Et nos quoque, etsi
Deo velimus seruire & laborare nullo propo-
siti præmio, lubenter tamen certa quædam de
retributione cognoscimus, quibus ad agendum